OBSERVATIONES DE CHOLERA ASIATICA IN EPIDEMIA SEDINENSI.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE GRYPHISWALDENSI

OB SUMMOS

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA

HONORES

E XIII. MENSIS JULII ANNI MDCCCLXVI

IN SE COLLATOS

EDIDIT AUCTOR

Dr. PAULUS MOHAUPT,

SILESIUS.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE REG. ACAD. TYPOGR.

MDCCCLXVII.

SENIBUS

BENEVOLENTISSIMIS, OPTIMIS

AVUNCULO

MULTO MAXIME REVERENDO

JOSEPHO GRAUPE

ARCHIDIACONO

ET

AVO

AUGUSTO GRAUPE

PRAECEPTORI

SIGNUM PIETATIS.

Prooemium.

Epidemia dysenteriae crouposae in pago, cui nomen est Elmenhorst, autumno anni MDCCCLXV servata, mihi contigit, ut quum a de Keffenbrinck obconventus Grimmensis praefecto tum a Comite de Krassow provinciam Neo-Pomeraniae gubernante summis ornarer laudibus, quod ex septuaginta tribus hominibus dysenteria captis non nisi quinque mortui essent, epidemia autem desinfectione Ferr. sulph. accuratissime adhibita brevi tempore abiisset.

Quibus viris illustrissimis saluti civium benevolentissime atque diligentissime providentibus summam habeo gratiam semperque habebo.

Scripturo vero mihi dissertationem inauguralem ut ea quae de cholera asiatica hoc anno Sedini observavi memoriae traderem in mentem venit, praesertim quum multi praeclari viri me ad hanc rem adhortati essent.

Hoc anno quum ineunte mense Junio chole
asiatica Sedini saevire coepisset, in ea urbis par
quae Lastadia vocatur, ad recipiendos pauper
eosque alienos morbo affectos aedificium quodd
ptochii prope nosocomium publicum institutum e
Praefuit autem ei Dr. Wissmann medicus practic
nec non nosocomii director.

A quo ut sibi assisterem arcessitus statione
illam aegrotorum inter latrinas inveni culinamq
ptochii et celebrem Gertrudis scholam sitam, s
eodem tecto, quo aedes Gertrudis aedificata e
institutam.

Schola quidem propter stationem propinqua
medio Junio clausa est, praesertim quum discip
omnia, quae cum aegrotis gerebantur, cernere posse
Quo facto in compluria aedificii cubicula aegr
recipiebantur.

Quum vero multi ea via uterentur homines, qu
prope stationem in quam cholera laborantes recipi
bamus ad ecclesiam ducit, haec me auctore clausa e

Lastadia autem ea oppidi pars, quae ad meridiem vergit et solem orientem, altera parte Viadro, altera humidis pratis et paludibus stagnisque cingitur.

Aedificia ejus ita exstructa sunt, ut tres contineant contignationes vel quatuor; adiuncta autem iis solet, angusta area interjecta, domus postica, in qua duas vel tres contignationes invenias.

Quum in illis, tum in his domibus quam plurima sunt domicilia, ut saepe in singulis contignationibus quatuor vel quinque familiae habitent. Quoniam enim prope Lastadiam portus Sedinensis et via juxta Viadrum est, in qua magna sunt horrea, ibi non modo complures habitant aurigae, quibus permulti sunt servi, sed etiam multae mercenariorum familiae domicilia habent, quae homines in horreis, navibus, viis ferro stratis mercedem merentes aut caelibes, aut maritos quidem, sed ex aliis provinciis advectos, alendos domi suae recipiunt.

Quorum numerus quum hoc anno eo major esset, quo plures operarii ad exstruendum pontem opus essent, qui prope Lastadiam trans Viadrum ducit, copia militum addita incolae Lastadiae, admodum frequentes erant.

Quod ad munditiem viarum arearumque attinet, incolae edicta multa ad disciplinam publicam spectantia ita negligebant, ut in latrinas, cloacas omnia injicerent et nutrimenta relicta, et excrementa, et sordes.

Quae quum ita essent, tempestate calida atque sicca aër omnino vitiatus erat.

Calendis igitur Juliis, ut ex permultis comm morem rebus observatis unam, aream, quum a gravidam vomitantem irem, transgrediens plena inveni decrementis organicis atque vegetabilibu rivum autem, in quo squalor stagnabat putidus, nolens respirationem opprimerem. Therapia mor ob eam rem non erat; sed antea omnes mulie res frequentes aream statim purgare iubebantu Quid? quod saepius usque ad meridiem edict publicis neglectis stercus in agros per oppidi via vehebatur, in quibus nosocomium est.

Quas res cholerae saevienti faustissimas fuisse nemo neget. An victu cultuque homines morbun effugere studuerunt?

Tantum vero afuit, ut incolae pauperes propte inopiam diaetae rationem habere possent, ut levite opinarentur, fato fieri, ut quisque cholera afficeretu quamvis praecepta ejus vitandae sequeretur, siv bonum victum deligentem, sive tempestates aliena effugientem. Praecipue vero nunquam choleran timendam esse, quod maxime ii, qui anxio anim valetudini providerent, in morbum istum pernici osissimum inciderent.

Accedit, ut quum aqua ubique Lastadiae corrupta esset, salubrior ex superiore oppido quum nosocomio tum stationi, ubi, ut diximus, cholera affecti recipiebantur apportanda esset.

Quid vero haec aegrotorum statio propinqua ad choleram in Lastadia disseminandam valuerit non plane apparet. Certe quidem illud manifestum

est, in nosocomio 17, in ptochio 7, in hospitio Gertrudis 3, in statione ipsa cholera affectorum 6 homines in morbum incidisse.

Quomodo aegroti in nosocomio infecti essent plane constitui non potuit, quum alii ante epidemiam ortam recepti essent, alii se cum hominibus cholera affectis versatos aut latrinis excrementis illorum infectis usos esse negarent. Plerosque vero diaeta neglecta aut perfrictione aut incuria morbum acquisivisse constat. Ceterum maxime miror, quod, quum et plerique pauperes in ptochio versati, et nonnulli cholera affectorum custodes diu diarrhoea vexaventur, non plures in graviorem choleram inciderunt.

Anamneses permultas instituenti mihi plerique aegroti dicebant, se aut per nonnullos dies diarrhoea laborasse, priusquam vomitus et angores in scrobiculo cordis accessissent, aut subito diarrhoea profusa, vomitu, contractionibus surarum captos esse. Quae quum ita sint, choleram siccam ne in iis quidem casibus dignoscere potui, ubi et diarrhoea et vomitus deficiebat.

Plerosque e domibus vel viis jam cholerae viro infectis apportatos esse elucebat.

Nonnulli qui in viis ferro stratis mercedem facientes inopia aquae melioris ex Viadro bibissent, se paullo post cholera affectos esse affirmabant.

Nautae vero e portu allati plerumque interroganti, se noctu aestuosa in constrato navis dormientes subito aegrotasse respondebant.

Quum ex quinque organoedis Italicis, qui in

domum Lastadiae viro cholerae maxime infecta deverterant duo aegrotarent, hi causam ejus r balneum esse contendebant, quo ante horas dece usi essent, quoniam ceteri, qui non lavassent, ceteru aequo modo vixissent, bona valetudine fruerentur.

Quod attinet ad decursum singulorum cholera casuum et therapiam, leviores casus, qui cholera diarrhoea vel cholerina dignoscebatur, Pul. Dov à gr. v (2 stdl. 1 Stkk.) vel Natr. bicarb. sive pulve rato sive in aqua soluto tractabantur.

Etsi septies tantum in hac therapia e cholerin stadium algidum nasci viderem, tamen nunquan choleram nostratem dignoscebam, quia magnae ob stant difficultates inter epidimiam ejus distinguendae

Longe plurimi aegroti non prius quam in stadiun algidum pervenissent in nosocomium recipiebantur quoniam omnes fere Sedinenses ne in nosocomium deportarentur, quamdiu poterant, prohibebant.

In hoc stadio aegrotis Pulv. Calom. à gr. j poste à gr. x (2 stdl. 1 Stkk.) dabantur. Qui quum sin omni effectu evomerentur vel cum excrementis ejice rentur, (nunquam intoxicatio Hydrargyri observaba tur) hac therapia neglecta aegroti symptomatic tractabantur. Itaque ubi primum vehementes con tractionis musculorum ortae sunt, extremitates Ol Sinap. gtt. viij.: ℥j. aqu. fricabantur vel detergeban tur; in suras vero Morph. acet. à gr. $\frac{1}{3}$ sub cuten injiciebatur. Quo facto contractiones semper fer inter duas insequentes horas desinebant, aut minu saepe et minore vi redibant.

Quod conspersio aegrotorum pipere subtilissime trito, Ol. Oliv. oblitorum sicuti detersio Ol. Terebinth., quamvis maxime cutem inflammarent, ita ut aegroti magnopere vexarentur non semper bonum eventum efficiebant, mirum erat.

Deinde penicilli frigidi saepissime mutandi in abdomine imponebantur atque mixtura a Dr. Wissmann composita

℞ Aqu. Cinnam.
- Menth. pip. āā ℥ij.
- Tr. thebaic. ℈j.
- Liqu. Ammon. succ. ℥β.
D. S. 2 stdl. 1 Essl.

praescribebatur.

Supponebat ei Dr. Runge mixturam e Natr. bicarb. ℥ij in Aqu. Menth. pip. ℥iv soluto.

In stadio algido progresso aegrotis

℞ Camph. trit. gr. ij.
Flor. Benz.
Sacch. alb. āā gr. iv.
D. S. $\frac{1}{2}$ stdl. 1 Pulv.

praescribebatur. Quum vero aegroti jam moribundi recepti essent, nunquam hac therapia bonus eventus efficiebatur.

Persaepe vero dum aegroti aëris fame cruciati tum ab alio in alium situm volvuntur, jactantur, tum spasmis, siti, et urinae molestiis torti incurvantur, tum de terribili in hypochondriis angore querentes gelidis manibus medicum retinent et rauca voce orant ut dolores leniat: subito status apathicus ortus

est. Jam vero pulsus redibat, temperatio supra normalem gradum ascendebat, delirabant aegroti, interroganti se bene se habere respondebant.

Quo in morbi statu infusiones frigidae supra caput optime probatae sunt, quum hac therapia ex centenis sexageni aegroti sex vel octo diebus intermissis rarissime duodecim vel quatuordecim recrearentur. Tum reconvalescentes saepe de compressione in regione hypochondriaca dextra querebantur, quae percussione adhibita mediocri hepatis physconia gigneretur.

Vesicantia et nonnullae doses Acid. nitr. in Decoct. Arnic. paucis diebus malum tollebant vel leniebant.

Tres gravidarum septem in stadio algido receptarum ante abortum, duae post abortum mortuae sunt, duae vero post abortum sanatae sunt. Foetus autem semper mortui fuerunt.

Homines plus sexaginta annis nati nunquam cholera sanati sunt; faeces inviti ejiciebant semper in statu somnolento versati. Neque clysmata Amyli cum Opio diarrhoeam prohibere neque excitantia aegrotos recreare poterant.

Cibus reconvalescentium ex decreto magistratus e culina nosocomii apportabatur. Cujus delectus et apparatus is erat, de quo quum aegroti tum eorum custodes saepe quererentur. Quare factum est, ut tubera solana vix cocta in juribus omitterentur et polentae tantum minutissimae coquerentur.

E diuturno morbo reconvalescentibus maxime

iis qui hydrope manuum vel pedum laborabant, vinum, bona cerevisia, ova paullum cocta, coffea et quod vocatur Bouillon praescribebatur.

Restat ut de desinfectione Sedini in epidimia adhibita pauca verba faciam.

Quoniam maximae mihi erat curae, ut excrementa eorum qui in choleram inciderent et in nosocomium deportarentur, quam maxime desinficerentur, tamen et locus angustus et mala custodum voluntas, quoniam merces eorum minima labori non respondebat saepe obviam fuerunt.

Desinficiebatur autem aut

℞ Carb. veget. 8.
Calc. chlor. 1.
Calcar. 2.

aut Ferro sulph. in aqu. soluto aut Calcar. chlorat.

Denique Dr. Wissmann et Dr. Runge viris doctissimis humanissimis optime de me meritis quam plurimas ago gratias nec non Dr. Michel qui me summo studio adjuverit gratum animum semper habebo.

Jam vero per indices expadituro mihi, quo die aegroti recepti, quot sanati, quot mortui sint, quot in dies remanserint nec non quot annos nati homines cholera capti sint, commemorandum est, stadium I cholerinam significare, stadium II quod algidum vocetur, stadium III in quo aegroti stadio algido longe provecto recepti sint, quibus prognosis pessima fuerit. In his etiam novem sunt, qui dum ad nosocomium translati sunt, moriebantur.

Neque omittere mihi licet stadium IV typhoide esse, in quod ex stadio algido pervenerint vigint duo homines, quorum 10 mares et 2 feminae sanati 3 mares, 7 feminae mortui sint.

Si his addis in thyphoide receptos, ex quibus 30 mares, 8 feminae sanabantur 19 mares, 3 feminae moriebantur, omnino in thyphoide erant

82 aegroti, quorum

50 sanati, 32 mortui sunt,

iique

40 mares, 10 feminae, 22 mares, 10 feminae.

	Recipiebantur												Quorum							
	omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur		remanebant			
			I. *casus levior.*		II. *stad. alg.*		III. *moribundi.*		IV. *typhoid.*								meridie.		media nocte.	
	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.
ii.																				
4.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	1	.	.	.
5.	3	.	.	.	3	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	.	3	.
6.	3	.	.	.	3	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	6	.	5	.
7.	5	1	.	.	3	1	2	.	.	.	.	.	.	.	2	.	10	1	8	1
8.	4	2	1	.	1	2	2	.	.	.	.	.	1	.	4	2	12	3	7	1
9.	4	2	1	.	2	2	1	.	.	.	.	.	1	.	1	.	11	3	9	3
10.	3	3	.	.	1	3	2	.	.	.	.	.	.	.	2	1	12	6	10	5
11.	3	3	.	.	1	3	2	.	.	.	.	.	2	.	2	2	13	8	9	6
12.	2	2	.	1	.	.	2	1	.	.	.	.	2	.	2	3	11	8	7	5
13.	2	2	.	.	1	1	1	.	.	1	.	.	.	1	2	2	9	7	7	4
14.	4	5	.	.	3	3	1	2	.	.	.	.	1	.	2	2	11	9	8	7
15.	4	1	.	.	4	.	.	.	.	1	.	.	.	1	2	1	12	8	10	6
16.	7	.	1	.	2	.	4	.	.	.	.	.	1	.	5	.	17	6	11	6
17.	2	1	.	.	2	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	13	7	13	7
18.	4	1	1	.	1	1	.	.	2	.	.	.	.	.	2	2	17	8	15	6
19.	3	.	1	.	2	.	.	.	.	.	.	.	1	.	1	1	18	6	16	5
20.	2	1	.	.	2	.	.	1	.	.	.	.	2	.	4	.	18	6	12	6
21.	6	2	.	.	3	2	2	.	1	.	.	.	2	.	3	1	18	8	13	7
22.	1	2	.	.	1	.	.	2	.	.	.	.	2	1	.	.	14	9	12	8
23.	3	2	.	.	1	1	.	1	1	.	1	.	2	1	2	3	15	10	11	6
24.	3	2	.	.	3	.	.	1	.	1	.	.	3	1	1	1	14	8	10	6
25.	3	3	.	.	2	3	1	.	.	.	.	.	1	.	1	1	13	9	11	8
26.	2	3	.	2	2	1	.	.	.	.	.	.	1	.	.	3	13	11	12	8
27.	2	.	.	.	2	.	.	.	.	.	.	.	3	2	3	.	14	8	8	6
28.	9	.	.	.	6	.	3	.	.	.	.	.	.	.	5	1	17	6	12	5
29.	9	4	1	.	6	1	1	3	1	.	.	.	.	1	3	2	21	9	18	6
30.	4	1	.	.	2	1	1	.	1	.	.	.	3	.	4	1	22	7	15	6
Julii.																				
1.	7	1	.	.	6	1	1	.	.	.	.	.	1	1	3	1	22	7	18	5
2.	3	1	.	.	3	.	.	1	.	.	.	.	3	.	1	1	21	6	17	5
3.	13	2	2	.	9	1	1	1	.	.	1	.	2	.	.	1	30	7	28	6
4.	9	4	1	.	6	2	1	1	.	1	1	.	1	.	3	1	37	10	33	9
5.	7	4	.	1	7	3	.	.	.	.	.	.	5	1	5	2	40	13	30	10
Latus:	137	55	9	4	91	33	28	14	6	4	3	.	40	10	67	35	.	.	.	.

	Recipiebantur												Quorum						
	omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur.		reman		
			I. casus levior.		II. stad. alg.		III. moribundi.		IV. thyphoid.								meridie.		
	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	
ransp.:	173	55	9	4	91	33	28	14	6	4	3	.	40	10	67	35	.	.	
Julii.																			
lie 6.	4	7	.	.	3	5	1	1	.	1	.	.	4	3	4	.	34	17	2
7.	5	1	.	.	5	1	.	.	.	.	.	.	6	.	2	1	31	15	2
8.	4	5	.	.	3	1	.	4	.	.	1	.	.	4	1	3	27	19	2
9.	6	3	.	.	6	3	.	.	.	.	.	.	2	1	2	1	32	15	2
10.	1	5	.	1	1	3	.	1	.	.	.	.	4	.	3	2	29	18	2
11.	5	1	.	.	4	1	.	.	.	.	1	.	3	5	.	.	27	17	2
12.	5	.	.	.	5	.	.	.	.	.	.	.	4	.	1	.	29	12	2
13.	2	3	.	.	1	1	.	2	.	.	1	.	1	.	2	2	26	15	2
14.	3	6	1	1	2	5	.	.	.	.	.	.	6	4	2	1	26	19	1
15.	.	5	.	1	.	3	.	1	.	.	.	.	2	1	3	1	18	19	1
16.	3	5	.	.	1	5	2	.	.	.	.	.	6	3	1	4	16	22	9
17.	5	3	.	.	3	3	2	.	.	.	.	.	1	2	4	1	14	18	9
18.	.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	1	.	9	16	8
19.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	1	9	16	8
20.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	2	1	.	8	15	6
21.	5	3	.	1	4	2	1	.	.	.	.	.	2	1	.	.	11	16	9
22.	5	.	.	.	5	.	.	.	.	.	.	.	1	1	3	1	14	15	10
23.	2	1	1	.	1	.	.	.	.	1	.	.	.	1	1	1	12	14	11
24.	2	.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	2	.	.	.	13	12	11
25.	.	2	.	.	.	2	.	.	.	.	.	.	3	1	.	.	11	14	8
26.	3	1	.	.	3	.	.	.	.	1	.	.	2	.	.	.	11	14	9
27.	1	4	.	.	.	2	1	.	.	1	.	1	.	1	2	.	10	18	8
28.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	5	1	.	8	17	4
29.	2	.	.	.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	2	6	12	5
30.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.	2	6	10	6
31.	2	.	.	.	1	.	.	.	1	.	.	.	3	.	.	.	8	6	5
Aug.																			
1.	4	.	.	.	3	.	.	.	1	.	.	.	.	2	.	1	9	6	9
2.	1	3	1	.	.	3	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	10	6	9
3.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	1	9	7	9
4.	.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	4	2	.	.	9	7	5
5.	.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	1	.	2	.	5	6	2
atus:	209	117	13	8	146	75	36	24	8	9	6	1	102	51	105	60	.	.	.

Recipiebantur												Quorum						
omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur.		remanebant		
		I. *casns levior.*		II. *stad. alg.*		III. *moribundi.*		IV. *thyphoid.*								meridie.		media nocte
m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m	f.	m.	f.	m.	f.	m.
209	117	13	8	146	75	36	24	8	9	6	1	102	51	105	60	.	.	.
.	2	.	.	.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	2	8	2
1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	1	.	1	3	7	3
1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	4	5	4
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	5	4
2	1	.	.	2	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	6	6	6
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.	.	6	6	6
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	6	4	5
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	6	4	6
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	1	7	4	6
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	3	.	.	7	3	6
.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	6	1	6
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	6	1	5
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	6	1	5
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	1	5	1	4
1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	5	.	5
2	.	.	.	.	.	1	.	1	.	.	.	.	.	1	.	7	.	6
1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	7	.	7
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	7	.	6
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	7	.	6
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.	.	.	6	.	4
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	.	4
2	2	.	1	1	1	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	6	2	6
2	1	1	.	.	1	1	.	.	.	.	.	1	.	1	1	8	3	6
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	1	.	7	2	5
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	1	1	.	5	2	3
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	3	1	2
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	1	2
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	1	2
.	2	.	.	.	2	.	.	.	.	.	.	1	1	.	.	2	3	1
1	3	.	.	1	2	.	1	.	.	.	.	.	.	.	2	2	5	2
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	3	2
228	129	14	9	156	84	39	26	13	9	6	1	113	59	113	67	.	.	.


	Recipiebantur												Quorum					
	omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur.		rema[…]	
			I. casus levior.		II. stad. alg.		III. moribundi.		IV. thyphoid.								meridie.	
	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.
ansp.:	228	129	14	9	156	84	39	26	13	9	6	1	113	59	113	67	.	.
eptb.																		
6.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	3	3
7.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	2
8.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	4	2
9.	1	1	.	.	1	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	3
10.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	5	3
11.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	2	.	.	4	2
12.	2	.	.	.	1	.	1	.	.	.	.	.	2	.	1	.	6	4
13.	2	1	.	.	1	1	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	5	3
14.	2	.	.	.	2	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	6	3
15.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	7	3
16.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.	1	1	6	3
17.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.	.	1	3	2
18.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	1	1
19.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	1	.
20.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
21.	2	.	.	.	2	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.
22.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	.
23.	2	.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	5	.
24.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	5	.
25.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	5	.
26.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	.
27.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	.
28.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	.
29.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	4	.
30.	1	1	.	.	1	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	4	1
tbr.																		
1.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	.	.	.	4	1
2.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	2	1
3.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.	2	1
4.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	1
5.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	1
6.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	2	1
tus:	247	137	18	9	168	86	42	26	13	11	6	1	127	62	118	70	.	.

Recipiebantur												Quorum						
omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur.		remanebant		
		I. *casus levior.*		II. *stad. alg.*		III. *moribundi.*		IV. *thyphoid.*								meridie.		media nocte
m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.
247	137	18	9	168	86	42	26	13	11	6	1	127	62	118	70	.	.	.
1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	1	3
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	1	3
1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	4	1	4
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	4	1	4
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	4	.	4
.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	3	.	1	.	4	.	.
249	133	18	9	169	86	42	26	14	11	6	1	130	62	119	71	.	.	.


	Recipiebantur												Quorum			
	omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur.	
			I. *casus levior.*		II. *stad. alg.*		III. *moribundi*		IV. *thyphoid.*							
	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m	f.	m.	f.	m.	f.
annos natus																
1.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
2.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
3.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.
4.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	:	.
5.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
6.	.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.
7.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.
8.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.
9.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.
10.	2	.	.	.	1	.	1	.	.	.	.	.	1	.	1	.
11.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
12.	.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1
13.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
14.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
15.	2	.	.	.	1	.	.	.	1	.	.	.	1	.	1	.
16.	6	3	.	.	5	3	.	.	1	.	.	.	4	3	2	.
17.	3	4	.	.	2	4	1	.	.	.	.	.	1	3	2	1
18.	13	6	.	1	10	5	1	.	1	.	.	.	9	4	4	2
19.	17	4	2	.	14	3	1	1	.	.	.	.	15	2	2	2
20.	14	5	3	1	9	4	1	.	1	.	1	.	9	4	5	1
21.	9	5	1	1	8	4	.	.	.	.	.	.	5	5	4	.
22.	8	8	1	2	6	4	1	1	.	.	.	.	6	5	2	3
23.	7	9	1	1	5	7	.	1	1	.	.	.	4	7	3	2
24.	9	6	3	.	3	5	2	1	1	.	.	.	6	5	3	1
25.	7	6	.	.	5	5	1	1	1	.	.	.	6	5	1	1
26.	10	3	.	.	7	2	3	.	.	1	.	.	5	1	5	2
27.	5	6	1	.	2	5	1	1	1	.	.	.	4	4	1	2
28.	4	9	1	1	1	5	2	2	.	1	.	.	2	3	2	6
29.	3	1	.	.	1	1	1	.	1	.	.	.	2	.	1	1
30.	2	4	1	.	1	4	.	.	.	.	.	.	2	.	.	4
31.	4	3	1	.	2	3	1	.	.	.	.	.	3	3	1	.
32.	8	3	.	.	6	1	2	1	.	1	.	.	2	1	6	2
Latus:	137	87	15	7	93	66	19	10	9	3	1	1	88	56	49	31


	Recipiebantur												Quorum			
	omnino.		in stadio I. casus levior.		II. stad. alg.		III. moribundi.		IV. typhoid.		aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur	
	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m	f.	m.	f.	m.	f.
Transp.:	137	87	15	7	93	66	19	10	9	3	1	1	88	56	49	31
annos natus.																
33.	5	.	.	.	5	.	.	.	.	.	.	.	3	.	2	.
34.	8	1	1	.	5	1	.	.	1	.	1	.	5	.	3	1
35.	9	5	.	1	5	3	4	1	.	.	.	.	1	2	8	3
36	4	1	.	.	3	.	1	1	.	.	.	.	1	.	3	1
37	7	2	.	.	5	.	.	1	.	1	2	.	3	1	4	1
38.	5	2	.	1	2	.	2	.	1	1	.	.	1	1	4	1
39.	7	.	1	.	5	.	1	.	.	.	.	.	2	.	5	.
40.	5	2	.	.	4	2	1	.	.	.	.	.	2	.	3	2
41.	5	.	.	.	4		1	.	.	.	.	.	2	.	3	.
42.	7	2	.	.	4	1	2	1	1	.	.	.	1	.	6	2
43.	5	2	.	.	.	.	5	2	.	.	.	.	.	.	5	2
44.	6	2	.	.	3	.	1	2	1	.	1	.	4	.	2	2
45.	4	3	1	.	1	2	2	1	.	.	.	.	1	.	3	3
46	3	2	.	.	3	2		.	.	.	.	.	1	1	2	1
47.	2	2	.	.	2	1	.	.	.	1	.	.	1	1	1	1
48.	4	1	.	.	4	.	.	1	.		.	.	.	.	4	1
49.	5	2	.	.	5	2	.	.		.	.	.	3	.	2	2
50.	4	1	.	.	3	1	.	.	.	.	1	.	4	.	.	1
51.	.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1
52.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.
53.	1	2	.	.	1	1	.	.	.	1	.	.	1	.	.	2
54	4	.	.	.	4	.	.	.	.	.	.	.	2	.	2	.
55	3	.	.	.	3	.	.	.	.	.	.	.	2	.	1	.
56.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.
57.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.	.	.
58	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.
59.	1	4	.	.	.	2	.	1	1	1	.	.	1	.	.	4
60.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1	.
61.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
62.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
63.	.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1
Latus:	246	125	18	9	166	84	42	23	14	8	6	1	130	62	116	63


	Recipiebantur												Quorum			
	omnino.		in stadio								aliis morbis affecti.		sanabantur.		moriebantur.	
			I. *casus levior.*		II. *stad. alg.*		III. *moribundi.*		IV. *thyphoid.*							
	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.	m.	f.
Transp.:	246	125	18	9	166	84	42	23	14	8	6	1	130	62	116	63
annos natus																
64.	1	2	.	.	1	1	.	1	.	.	.	.	.	.	1	2
65.	.	2	.	.	.	.	.	.	.	2	.	.	.	.	.	2
66.	1	1	.	.	1	.	.	.	.	1	.	.	.	.	1	1
67.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
68.	.	1	.	.	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	1
69.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
70.	.	2	.	.	.	1	.	1	.	.	.	.	.	.	.	2
71.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
72.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
73.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
74.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
75.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
76.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
77.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
78.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
79.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
80.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
81.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
82.	1	.	.	.	1	.	.	.	.	.	.	.	.	.	1	.
83.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
84.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
85.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
86.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
87.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
88.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
89.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
90.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.	.
Latus:	249	133	18	9	169	86	42	26	14	11	6	1	130	62	119	71




Significat et numerum et aetatem
eorum, qui sanati
eorum, qui mortui sunt.


anni
23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44
61 60 59 58 57 56 55 54 53 52 51 50 49 48 47 46 45 44 43 42 41 40
anni


46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60
37 36 35 34 33 32 31 30 29 28 27 26 25 24


61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75


numerus
——significat et numer
tatem eorum, qui in
inciderunt.

Historiae morbi.

I.

Gent, nauta Britannicus, 32 annos natus, vespere ante diem XII. Calendas Julias hora fere octava in stadio algido jam longe provecto in nosocomium receptus est. Comes aegrotum heri diarrhoea affectum esse, quae neque medicamentis anticholericis in navi promptis victa, nec speciebus calidissimis, nec coffea spiritu Oryzae mixta superata esset, dixit. Hodie autem aegrotum multa, quaecumque edisset aut bibisset, vomitasse. Paulo post subito palluisse et celerrime extabuisse atque spasmis et contractionibus in suris maxime vexatum esse.

Aegrotum adspicientes musculos invenimus satis crassos, qui eo magis conspicui erant, quod adeps evanuerat. Bulbis profundis aegrotus palpebras claudens spatium interjecit. Bulbi autem coniunctiva in inferiore margine injectionem praebuit rubram. Labia digitorumque ungues caeruleum habuerunt colorem, lingua vero tecta nec non frigida fuit. Item in manibus et pedibus, quorum cutis magnas collegerat rugas temperatio de normali gradu descenderat. Vox rauca sonitu carebat et vix audiebatur.

Temp. in axill. 34° C.
- in man. 21° C.
Puls. (in carot.) 76.
Respiratio 32.

Thoracis percussio clarum effecit pulmonum sonum, auscultatione vero inspiratio fortior in posterioribus pulmonibus audiebatur. Cordis denique soni clari, sed minimi erant.

Aegrotus magna praecipue compressione et angore in utraque hypochondriaca regione vexatus perpetuo aquam petebat.

Quam quum bibisset suspirans in alterum se volvebat latus ac semper omne corporis tegumentum removebat.

Praeterea omnia, quae quum in conclavi gererentur, tum ad se ipsum pertinerent aequo animo tulit.

Praescripta sunt ei

℞ Camph. trit. gr. ij.
Flor. Benz.
Sacch. alb. āā gr. iv.
M. F. Pulv. disp. tal. Dos. No. viij.
D. S. $\frac{1}{2}$ stdl. 1 Plv.

et Vini Hung. stdl. 1 Essl.

Abdomini penicillus saepissime mutandus frigidus imponebatur.

Spasmis redeuntibus extremitates terebantur nec non in suras Morph. acet gr. $\frac{1}{3}$ injectum est. Quo facto aegrotus paulo post recreabatur, interroganti apta respondens, ita ut valetudo in melius vergere videretur.

Nocte vero appropinquante aegrotus impedire non potuit, quominus faeces invitus emitteret, atque summis urinae difficultatibus laborare coepit. Cathe-

terismo parva urinae copia (circiter ℥ij) emittebatur. Quae cocta vel acido nitrico mixta multum praebuit albuminis.

Mane aegrotus delirabat nec non semper lectum relinquere conabatur, ita ut fieri non posset quin vinciretur.

Faeces canum praebebant colorem qualem in iis, quae „Reisswasserstuhl" vocantur, inveniamus.

Hora fere decima aegrotus mortuus est.

Sectione facta haec inveni.

Rigor et superiorum et inferiorum extremitatum vix superari potest. Manus et bracchia flexa, pedes tetano extensi sunt; digiti quorum ungues caerulei inveniuntur multas habent plicas rugarumque adspectum praebent.

In dorso compluria mortis signa animadvertuntur praesertim in regione scepulari et sacrali.

Bulbi profundi, palpebrae non plane clausae, cornea caligans, tactu mollis, sicca. Alis nasi collapsis nasus praeacutus est.

Cute discissa panniculus adiposus omnis fere deest, musculi sicci, fusci, adspectum carnis anserinae fumo siccatae praebent.

Thorace aperto pulmones normaliter retrahuntur. In pericardio uncia fere liquoris serosi et flavi cernitur, ecchymoses non perspiciuntur.

Venae magnae et coronales sanguine turgent et corde exstirpato magna nigri atque concreti sanguinis copia fluit.

Ventriculus cordis dexter normalem praebet

adipis copiam inter quem complures ecchymos
cernis sicuti in utroque cordis auriculo. In h
ventriculo parva sanguinis crassi copia est, in s
nistri modice contracti valvulis non invenis ecch
moses. Pulmones in posterioribus partibus antiqu
adhaesionibus fixi sunt, in pleura medii dextri pu
monis lobi ecchymoses pellucent. Magni vero bronc
sicci eximieque cani sunt atque rubri.

Situs intestinorum abdominis de norma non d
cedit. Omentum majus aliquantum in abdom
vergit. Quod tangenti granulosum apparet plenur
que magna singulorum adipis corpusculorum co
pia invenitur. Venae turgentes sanguine abundan
Quas maxime extensas in parvas implicationes pe
sequi poteram. Omentum sicuti ventriculus, hepa
implicationes intestinorum inter se oblita sunt quum
que cultri dorso permulcentur albus quidam et tena
liquor stringi potest. Implicationes intestini tenu
tactu fluctuant. Ex ileo et jejuno dupliciter fasci
substricto, aperto, nec non a mesenterio separat
magna cani liquoris fluit copia, in qua flocci suspen
videntur albi.

Membrana pituitaria ilei et jejuni inferioris pal
lida et eximie rubra est. Aliquantum vero supr
coecum complures sunt ecchymoses. Quum in su
periore jejuno tum in duodeno reliquiae cibi cru
inveniuntur: etiam ciceres et solani tuberosi parte
perspicias. Ibidem membrana pituitaria maxime in
jecta rubrum praebet colorem. Glandulae solitaria
et agmina Peyeri magnopore tument ut magnitudinem

entis aequent. Valvulae contractae multum in cavum ntestinorum prominent.

Membrana ventriculi pituitaria pallida invenitur, n fundo sordida canitie praedita est. In quo multa adsunt contenta liquida et cana. In coeco et colo eadem continentur quae in ileo.

Lien normam servat. In plano decussis vesiculae Malpighii perspicue cognoscuntur.

Visicula fellea circiter digitum supra marginem hepatis inferiorem prominens paulo ovo gallinae major turgescit contento e viridi nigricante abundans. Quae quum inciditur bilis emittitur glutinosa e viridi nigricans et crassa.

Hepar normali consistentia sanguine refertum, qui super planum decussis quasi liquor tenuis ruber defluit.

Renis dextra pars normam servavit. In capsula quae facillime solvitur, ecchymosis animadvertitur. In decussi magna injectio rubra substantiae corticalis est, ut ei adspectum dilutum praebeat.

Pyramides perspicue cernuntur, in quibus tubuli uriniferi recti maxime amplificati sunt. Renis sinistra eadem praebet.

Vesica urinaria plane collapsa est, in qua minima urinae luridae continetur vis.

II.

Christina Schwechel, 32 annos nata conjux fabri, qui in exercitu contra hostes pugnabat, die IV. mens. Julii vespere in nosocomium recipitur.

Interroganti se gravidam esse sexto mens profitetur atque per duos dies diarrhoea laborass eamque quum exigua fuerit neglexisse. Hodie ver mane se subito tantam faecium copiam emisisse quae saepius matulam expleret. Quo facto s maximo angore oppressam esse multumque vomi tasse. Quae quum ita sint, a puero vicinam ac cessitam Oleo Sinapis in aqua extremitates contri visse. Praeterea Species Menthae piperitae a coffeam spiritu sacchari mixtam adhibitas esse.

Jam vero se valde siti vexari et spasmis i suris et doloribus in regione sacrali. Motus embry ab hesterno die desiisse.

Quamquam panniculus adiposus evanuit, qu factum est ut nasus acutus bulbique profundi sint aegrota tamen adspectum cyaneum characteristicum non praebet, qualis in stadio algido cholerae videtur

Manus quidem frigidae sunt, at pulsus arteriae radialis minime sentiuntur. Pulsus vero foetales plane desunt. Aegrota multum vomitat multaque per anum ejicit. Dejectiones autem adspectum habent earum, quae „Reisswasserstuhl" vocantur. Spasm in suris mox oriuntur. Injectio igitur subcutanea Morph. acet. gr. $\frac{1}{3}$ facta nec non mixtura anticholerica Wissmanni de qua supra diximus praescripta est.

Die V. mens. Jul. aegrota meliore valetudine fruitur. Vomitus, diarrhoea spasmi plane cesserunt, sed dolores in regione sacrali adhuc sentiuntur. Aegrota de corpore alieno ex abdomine erumpente,

de languore maximo queritur. Quumque etiam febri jactaretur atque magnae foetus partes in proclivo corpore in quavis collocatione, manu sentirentur, fieri non potuit, quin ob foetum mortuum abortum coepisse agnosceretur, etsi nullus sanguis e genitalibus proflueret. Aegrotae aliquantum vini in horam dantur.

Die IX. mens. Jul. perspicue animadverti potuit, aegrotam contractionibus uteri cum doloribus vexari.

Orificium uteri pervium sentitur atque vesica inter dolores extensa cognoscitur. Meridie aquae effluunt. Dolores quum jam cessarent, balneo calido augentur. Exploranti nates obviam veniunt in dextra atque posteriore digiti pedis dextri.

Orificio satis amplificato vespere hora septima aegrota foetum mortuum clunibus praeviis edit. Placenta paulo post sine majore sanguinis copia dejicitur.

Dum lochia bene fluunt, subito die XIII. mens. Jul. eczema super corpus aegrotae diffunditur, die XIV. vero glandulae lymphaticae in regione parotidis sinistrae tumescunt. Xylinum submisso penicillo humido imponitur et contra febrim mixtura e Chin sulph. ℈j : ℥vj. praescribitur. Tumore jam remoto aegrota in novum morbum incidit.

Die XVI. enim mens. Jul. mane quum custos quidam magnum lignum in felem jecisset, ingenti fremitu orto maximo terrore se affectam esse, aegrota affirmat. Nonnullis horis praeterlapsis in sinistra facie erysipelas magnum ortum est. Quod

febri magis magisque ingravescente in caput divulgatum est.

Cutis nbi morbo affecta est, Arg. nitr. ʒβ in Aqu. dest. ℥ij soluto lenitur atque mixtura Acid. sulph. contra febrim porro adhibetur.

Die autem XVII. mens. Jul. mane aegrota delirat et tertia jam fere hora meridie moritur.

VITA.

Natus sum Paulus Augustinus Florianus Mohaupt die XIX. mensis Januarii a. h. s. XL in pago Silesiae inferioris cui nomen est Klein-Röhrsdorf, patre Friederico, matre Paulina e gente Graupe, quos adhuc superstites pio gratoque animo veneror. Fidei addictus sum catholicae. Primis literarum elementis in patris schola imbutus primum gymnasium Saganense deinde Lygidunense adii, quod auspiciis E. Mueller dilectissimi praeceptoris floret. Unde cum testimonio maturitatis dimissus tempore autumnali a. h. s. LXII almam petii Gryphiam, ubi a rectore magnifico Ill. Vogt in civium academicorum numerum receptus apud Ill. Bardeleben, t. t. decanum maxime spectabilem gratiosi medicorum ordinis nomen professus sum.

Per octo semestria disserentes audivi:

Ill. George: de logice.

Ill. Muenter: de zoologia, de botanice; eundem secutus sum in excursionibus botanicis.

Ill. de Feilitzsch: de physice experimentali, de meteorologia et geographia physicali, de doctrina caloris, de magnetismo et galvanismo.

Ill. Limpricht: de chemia anorganica et organica, de chemia physiologica. Idem mihi dux fuit in exercitationibus analyticis.

Cel. Schwanert: de theoria chemiae anorganicae et organicae.

Ill. Budge: de osteologia, syndesmologia, myologia, splanchnologia, de anatomia organorum sensuum, de physiologia experimentali, de encyclopaedia et methodologia medica. Idem dux mihi fuit in exercitati-

onibus cadavera rite dissecandi et in anatomia mi croscopica.

Ill. Schultze: de angiologia et neurologia; de osteologia; de anatomia comparativa.

Exp. Landois: de embryologia.

Exp. Krabler: de auscultatione et percussione.

Exp. Heineke: de syphilide; de morbis cutis; de fracturis et luxationibus; de anatomia chirurgica.

Exp. Schirmer: de ophtalmiatrice; idem mihi dux fuit in exercitationibus ophtalmoscopicis et in diagnosi affectionum oculorum.

Ill. Ruehle: de pathologia et therapia speciali; de morbis nervorum; de auscultatione et percussione.

Ill. Laurer: de materia medica et generali et speciali de arte formulas medicaminum rite concinnandi; de arte fascias chirurgicas rite alligandi.

Exp. Haeckermann: de medicina forensi; de politia medica.

Ill. Grohe: de anatomia pathologica generali et speciali idem dux mihi fuit in cursu anatomico-pathologico.

Ill. Mosler: de pathologia et therapia speciali; de morbis renum; de psychiatria; de auscultatione et percussione. Idem dux mihi fuit in clinico medico.

Ill. Pernice: de theoria artis obstetriciae; de morbis mulierum et neonatorum. Idem mihi dux fuit in clinico obstetricio.

Ill. Bardeleben: de chirurgia generali et speciali; de akiurgia; de morbis chirurgicis thoracis; de selectis chirurgiae capitibus. Idem dux mihi fuit in operationibus chirurgicis, in cadaveribus instituendis atque in clinico chirurgico et ophthalmiatrico.

Quibus omnibus viris summe venerandis quas possum maximas ago semperque acturus sum gratias.